



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetæ Clarissimi, Paraphrasis,  
Heroico carmine conscripta**

**Carpenteius, Joannes**

**Antverpiæ, 1588**

Cap. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68688)



20 Quasque sibi argento conflagrant ante figuris  
Monstrisque immundis in talpas, lucifugasque  
Noctis aues scalpro sculptis ductisve colore,

21 Sub specubus quarent latebras aut montibus altis,  
Nequicquam vlticem fugientes numinis iram,  
Cum vitas hominum, cum noxia crimina queret.

22 Desinite ergo deum velle ignorare, quod illum  
Vitales ut nos spirantem naribus auras  
Cernatis, namque ille fuit, erit, estque supremus  
Regnator superum, Deus immortalis & vnus.

Manifesta de  
Christo Deo  
& homine  
propheta.

## Cap. 3.

1 Ecce autem in foribus (quando tam sana monentem  
Respuitis) tempus quo maximus ille deorum  
Bellipotensque Deus vestra lectissima quondam  
Robora militia, validamque etate iuuentam  
De medio ante diem tollet, ferrumque cruentum,  
Aetatis nullo, nullo discrimine sexus  
Exeret, inducetque famem, potumque cibumque  
Ingratis adimet, cererem fontisque salubres,  
Et terra & caelo pluuiisque negantibus austris.

2 Nemo vos inter iudex qui iura salubri  
Temperie dispenset, erit: responsa negabunt  
Vates: coniector mendax fallacibus vltro  
Auguriis miserum ludet prodetque popellum.  
Nemo senex cana qui religione verendus  
Prudentique vsu doctus, praescripta sacrarum  
Enarret legum, disciplinamque reducat  
Iamdudum exilio pulsam longaeque remotam.

Cognitio ve-  
ritatis iudaicis  
incredulis de-  
negata.

3 Qui ducat vestras in praelia dura cohortes  
Nullus erit, siue is praefectus, siue tribunus,  
Centuriove suat, seu quinquaginta regendos  
Sub sua signa trahat iuuenes discrimine nullo.  
Sit dux ille mei populi, princepsque senatus,  
Consilio multum qui polleat eloquioque;  
Sit fabri ductor qui mœnia sarta tueri  
Calleat, & celsas in caelum educere moles,  
Et quo fossa loco, quo sit tutissimus agger  
Cespite ponendus longaeuo praesciat vsu;  
Denique sit sapiens omni que peritus in arte,  
Omnes diuersa preceptos morte necabo.

4 Succedent pueri quibus experientia nulla,  
Non atas habilis paci, non utilis armis.  
His ego seu subitum miles poscatur in hostem  
Ducendus, seu iura domi tractanda, regendam

E 2

Rena

20 In die illa proi-  
ciet homo idola ar-  
genti sui & simulachra  
auri sui quae fecerat  
sibi, vt adoraret talpas  
& vespertiones.

21 Et ingredietur  
scissuras petrarum, & in  
cauernas saxorum, a  
facie formidinis Do-  
mini, & a gloria ma-  
iestatis eius, cum surre-  
xerit percutere terram.  
22 Quiescite ergo ab  
homine cuius spiri-  
tus in naribus eius,  
quoniam excelsus re-  
putatus est ipse.

## Cap. 3.

1 Ecce enim domi-  
nator Dominus ex-  
ercituum auferet ab  
Ierusalem & ab Iuda  
omnem virum fortem,  
& omne robur panis,  
& omne robur aquae.  
2 Et fortem & virum  
bellatorem, & iudi-  
cem, & Prophetam,  
& ariolum, & senem,

3 Principem super  
quinquaginta, & ho-  
norabilem virum  
& consiliarium, & sa-  
pientem architectum  
& prudentem eloquij  
mystici.

4 Et dabo pueros  
principes eorum, &  
effeminati domina-  
buntur eis.



Rem vestram misera sub conditione relinquam.

Proque bonis legum custodibus inconsulti

Impuri que homines ad clauum in puppe sedebunt.

<sup>5</sup> *Quae tum ibi tempestas? heu quam confusio vasta*

*Omnium erit rerum? populariter omnia saeuis*

*Feruere disidiis, intestinoque tumultu*

*Cernere erit, cana puer obtrectare senecta,*

*Plèbsque magistratum audebit contemnere sanctum.*

*Vsque adeo ut nec honos, etas, nec stemata quemquam*

*A vi defendant, insons cum fonte peribunt,*

*Ciuiisque graui vertet furor omnia motu.*

<sup>6</sup> *Quippe suum sibi quisque ducem sine lege creabit,*

*Hic sibi fraterna consanguinitate propinquum,*

*Ille alium longo vsu & consuetudine notum,*

*Apprensaque manu, Vestis tibi suppetit & res,*

*Euge veni, & nobis meritum te praesce (dicent)*

*Namque in te solo res inclinata recumbit.*

<sup>7</sup> *Ne mihi (tum referet) ne tantam imponite curam:*

*Nam neque me tanto dignum profitebor honore,*

*Alter eat, nec is ego patrie qui membra labantis*

*Sustentare queam, luxasve reponere partes:*

*Et mihi tam nudo quam vos quid iam super, unde*

*Aut miseros possim vestire aut pascere egenos?*

<sup>8</sup> *Ergo ruunt Solymi, ruit ingens gloria Iudae,*

*Lasus ad ignotas Deus omnia transtulit oras:*

*Nam dictis illum prouitauere superbis,*

*Commentis etiam num ausi temerare prophanis*

*Sacra Dei, & Luci caelesti offundere noctem.*

<sup>9</sup> *Nec tamen error eos ducet, sed sponte palamque*

*Peccabunt, oculosque suos, & conscia facti*

*Corda mali, testes praesentes semper habebunt.*

*Ac veluti Sodoma (gens digna perire) coloni,*

*Publica flagitiis macularunt compita foedis:*

*Sic sua proiecto vulgarunt supra pudore,*

*Non ea nesciri saltem abscondiue ferentes.*

*Ah infelices, quos execratio dira,*

*Paenaeque par scelere quod commiserunt sequetur.*

<sup>10</sup> *At vos o iusti Dominum celebrate frequentes,*

*Dicite iuridicam mentem fideique tenacem,*

*Et sine fine bonum, sine fraude doloque fidelem.*

<sup>11</sup> *Queritis exemplum? En operum mala turba suorum*

*Messem collegit qualem sibi seuerat antè:*

*Contemtorque Dei merito execrabilis actis*

Pramia

3 Et corruet populus  
vir ad virum suum, &  
vnusquisque ad pro-  
ximum suum.

Tumultuabitur puer  
cōtra senem, & igno-  
bilis contra nobilem.

6 Apprehendet enim  
vir fratrem suum aut  
domesticū patris sui,  
Vestimētum tibi est,  
princeps esto noster,  
ruina autem haec sub  
manu tua.

7 Et respondebit in  
die illa dicens, Non  
sum medicus, & in  
domo mea non est  
panis neque vestimē-  
tum: nolite me con-  
stituere principem  
vestrum.

8 Ruit enim Ierusa-  
lem, & Iudas cōcidit:  
quia lingua eorum &  
adinuētiones eorum  
contra Dominum, vt  
prouocarent oculos  
maiestatis eius.

9 Agnitio vultus eo-  
rum respondebit eis,  
& peccatum suum  
quasi Sodoma predi-  
cauerunt, & non ab-  
sconderunt.

Vae animae ipsorum,  
quonia reddita sunt  
eis mala.

10 Dicite iusto quo-  
niam bene, quoniam  
fructum adinuentio-  
num suarū comedit.

11 Vae impio in ma-  
lum. Retributio e-  
nim mandatum eius  
fiet ei.

Vae tibi ciui-  
tas, cuius rex  
iuuenis, &  
principes tui  
manē comē-  
dunt. Eccle-  
siast. cap. 10.  
Haec omnia  
(proh dolor)  
euenisse vidi-  
mus.  
Mordentes  
inuicem, con-  
sumpti estis  
ab inuicem  
ad Galat.  
cap. 5.

Seditio fre-  
quens in ma-  
gistratum  
aut principi  
electionibus.

Conscientia  
mille testes.

Rursus pro-  
teritum pro  
futuro, quod  
est frequens,  
propter cert-  
tudinem pro-  
phetiae.



*Premia digna suis domino ulciscente recepit.*

<sup>12</sup> *Lucripeta exactor, cumulatæque fœnora iungens*

*Fœnoribus, rapidaq; dies & tempora signans*

*Vsura, miserum exhausit suxitque popellum,*

*Femineis prius imperiis blandisq; subactum*

*Illecebris: mendaci igitur ne credere tutum*

*Esse putes turba, quæ te malè blanda beatam*

*Prædicat ô mea gens: latet impostura, caueto:*

*Nam tua, quo te cumque feras, vestigia cautus*

*Captat adulator, quo te grauiore ruina*

*Subuertat tandem: securius omnia credes*

<sup>13</sup> *Quæ tua sunt Domino, qui stat sublimis ut æquum*

*Indicet, & rectis moderetur legibus orbem.*

<sup>14</sup> *Ille tamen prius huc venturus, ut impia de se*

*Iudicia expectet populi, populûmque regentum,*

*Quos porro verbis his arguet ipse vicissim.*

*Quam vobis scitè positam, feliciter auctam*

*Et confirmatam robusto palmite vitem,*

*Vt mihi vestra statos fructus cultura, referret*

*Curandam dederam, cur vos depascitis ipsi?*

<sup>15</sup> *Quid nisi mæsta inopû spolia exuniâsque videre est*

*In domibus vestris, & partas cade rapinas?*

*Cur plebem obruitis miseram, cur omnis egentes*

*Auxilij, quos munus erat defendere vestrum,*

*Ipsi commolitis crudeliter obteritisque?*

<sup>16</sup> *At mox femineos aggressus carpere luxus,*

*Acria crudelis proritamenta rapina,*

*Hæc Deus armipotens toruo Deus euomet ore.*

*Ecce tuas malè sana Sion, natâsque nurûsque*

*Turrato erectas collo & ceruice superba*

*Sublimes, oculisq; loqui nutûquo peritas,*

*Et manuum plausu doctas motûque petulcum*

*Composito ad numerum molles saltare choreas*

*Ipsè Deus, Deus ipse nouo decorabit amictu:*

<sup>17</sup> *Nam quæ nunc comptis gestant laudata capillis*

*Tempora, caluities mala deglabrabit, & alium*

*Area formosi capitis deradet honorem,*

*Tum male nudatas mærorque pudorque sequetur.*

<sup>18</sup> *Nec satis hoc, pedibus Dominus surisque superbis*

*Detrahet auratis sandalia fulgida vinclis.*

<sup>19</sup> *Detrahet & frontibus, & tortile leui*

*Aurum ceruici & baccata monilia collo.*

*Quodque comas rutilum flauas discriminat aurum:*

E 3

Armillas

<sup>12</sup> Populum meum sui exactores spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viani gressuum tuorum dissi-  
pant.

<sup>13</sup> Stat ad iudicandû Dominus, & stat ad iudicandos populos.

<sup>14</sup> Dominus ad iudicandum venit, cum senibus populi sui & cum principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra.

<sup>15</sup> Quare atteritis populum meum, & faciem pauperû commolitis, dicit Dominus exercituum.

<sup>16</sup> Et dicit Dominus Deus. Pro eo quod eleuatæ sunt filia: Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorû ibat, & ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant:

<sup>17</sup> Decaluet Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, & erit pro ornamento ignominia.

<sup>18</sup> In die illa, auferet Dominus ornamentum calciamentorum, & lanulas,

<sup>19</sup> Et torques, & monilia, & armillas,

Verba Dei ad scribas & pharisæos.

Adulatores in aulis principum & pseudoproprietæ in ecclesia quam sint perniciosi hinc discimus.

\* Incendium aut depastio dominicæ vineæ rapina pauperis: neq; enim tanta calamitate evertit grandio vineâ, vt animam pauperis iniustitia: ipsam anxiâs & agri-  
gritudo se in secessu animi effundens, omni morte acerbior est. Chrysostr. hic. Inuehitur in luxum muliebrem  
Amictus viri & crifus dentium & incessus pedis renuntiat quæ de eo sunt ecclesiast. cap. 19.  
Area capitis vitium quo pili decidit Plinius & Celsus lib. 6, cap. 4.  
Vix illo alio loco scriptura inuenitur tam prolixus sermo aduersus mulieres: causam reddit Chrysostr. Immodicâ molitiam & luxu profusorem vxorum, per quem viros maxima ex parte inducunt ad rapinam nequitiam, quod & supra innuat, vbi ait: Et mulieres dominatæ sunt eis.

tibi eius cuius rex enis, & scipes tui ne come. t. Eccle. cap. 10. C omnia ob dolor) nisse vice s. dentes. cein, con. pti estit nuicem Galat. 5.

tio fren- ns in ma- atuum principu- tionibus.

scientia e testes.

us pro- um pro- ro, quol- equens, ter cert- nem pro- æ.



20 Et mitras, & discriminalia, & perisphelides, & mure-nulas, & olfactoriola & annulos,

21 & in aures, & gemmas in fronte pendentes,

22 & mutatoria & palliola, & lintheamina, & acus,

23 & specula, & syndones, & vittas & the-ristra.

24 Et erit pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium.

25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent & fortes tui in proelio.

26 Et mœrebunt atque lugebunt porte eius, & ipsa vrbs desolata in terra sedebit.

#### Cap. 4.

1 Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illa dicentes: Panem nostrum comedemus, & nostris vestimentis operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, & aufer opprobrium nostrum.

2 In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Ierusalem.

*Armillas manibus, 10 capitique ligamina mitræ, Fasciolasque auro textas & murice, plexasque In nodos auro virgas & lento argento, Crurum aptum tegmen rapidis dabit ignibus vri.*

*Quid tot suffitus, tot odoramenta sagacis Delicias naris referam? quid prodigiosis Sumptibus ad fœdos reparata tot unguina luxus? Hæc ultra Oceanum magnis quæsitâ periculis Protinus absument diuini flamma furoris.*

*21 Detrahet auriculis aurum, discerpent in aures, Fronti adimet gemmas, & transparentia filo Suppara pertenui prodendis vitile membris*

*Qualia sunt tegmen. 22 muliebris denique mundi Cunctum instrumentum, bombycina tenuia, acusque Ex auro solido, fingendis crinibus aptas,*

*23 Et specula & vittas, multumque operosa the-ristra Proteret irati feruens vindicta Tonantis.*

*24 Atque ubi odoriferis fragrant nunc omnia succis Compita, fœtor erit nulla medicabilis arte.*

*Matronas laqueus pro zona diuite cinget, Fasciasque eminulas compscere texta papillas Virgineos non ultra sinus constringet, at illi Succedet saccus niger, & cinere obsitus atro.*

*I nunc, finge comas, ut pro crispante capillo Caluitium deforme feras, turpemque senectam.*

*25 Ecce tue gladius lectissima roborâ pubis Hauriet hostilis. 26 plangent viduata Sionis Mœnia, & ipsa solo recubans, natosque peremptos Circumplexa sinu madido, sua fata querelis Immedicabilibus nulli miserabilis edet.*

*1 Rarus erit terris vir tunc habitator in illis: Desertas sese vidua, innupta, & puella Plorabunt, utroque virum sibi iungere septem Optabunt unum, dicentque: ô vnice nostri Vindex dedecoris, ne dedignere precantes.*

*Ecce tuis genibus pronoluimur, vere nobis Ut lubet, & rebus nostris quacunque supersunt. Non panis desit, non multâ copia vestis:*

*Hoc tantum, vir chare, tua nos asserere dextra, Esse tuas si fortè sinis, dicique, nihil iam*

*Poscimus: opprobrii maculam deleueris omnem.*

*2 Vota ferent, nam mox mûdo noua germina surgent, Germina nata serente Deo, terrasque replebunt,*

*Quas*

Exiit hic sus potius exar-mat hoc loco Vates noster mulierem cõ-ptam à calot-ve dicitur ad caput.

Hæc omnia captiuitatem futuram præ-sentiabant.

#### Cap. 4.

Vocabulum quod est in Hebræo, modo septem, modo plures designat. Sub huius viri vnus Schemate Christus intelligitur.